Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2211
Quelle:
Copyright:

vnnd Catholischer fürst zue Gott mit Andechtigem gebett zue flechen vnderwissen wirdt. Ediderat *Canisius*, qui se in *Praef.* ad Archiducem Theologorum *Ingolstadiensium* Seniorem vocat, jam antea *Manuale Catholicorum*, ad quod etiam non raro provocat in Libello praesenti. An vero is pariter typis uspiam vulgatus fuerit, dubitem; neque enim Literatores ejus meminere, neque mihi Αυτογραφον latinum hactenus videre datum est. Institutum porro ejus est, in singulos Hebdomadae dies meditandi, precandique materiam Principi aptam, intermixtis piis adfectibus, sufficere. Accedunt elaboratae pro variis Hominum ordinibus, necessitatibusque orandi *Formulae*, tum *Vita Theodosii jun.* tracta e *Socratis Historia*, demum aurea Praecepta a S. *Ludovico Franciae* Rege data *Philippo* filio, quae omnia in adolescentis *Ferdinandi* animum demissa fructu deinceps suo non caruere, quidquid demum modernis quibusdam Historiae Reformatoribus videatur.